UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis Romanorvm Pontificvm

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

Commissa Et Omissa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

Visual Library

hordeum, ſiue legumina quaſi pluuia in loco quodam è cœlo miſſa ſunt. Hic Pontifex inſtituit, vt quod non agebatur Quadrageſimali tempore in quinta feria ieiunium, atq; Miſſarum celebritas fieret. Illis interea diebus biennio Conſtantinopolis eſt à Sarracenis obſeſſa, ſed Deo eis contrario, maxima illic parte eorum fame ac bello interempta Leone Principe annuente, confuſi receſſerũt. Nam & eiuſdem ciuitatis diuerſi ſexus & ætatis populorum trecẽta ferme millia neceſſitate peſtilentiæ dictum eſt fuiſſe vaſtata. Eo quoque tempore moribus certè honeſta & nomine Pontificis mater ab hac vita ſubtracta eſt. Poſt cuius obitum domum propriam in honore ſanctæ Chriſti martyris Agathæ additis à fundamento cœnaculis vel quæ monaſterio erant neceſſaria monachorum ex nouo conſtruxit, dando illi prędia vrbana vel ruſtica. Sed & caſtrũ Narniæ à Langobardis peruaſum eſt, ac poſt aliquot dies, Baſilius Dux, Iordanes Cartularius, Ioannes Subdiaconus cognomento Lurion conſilium inierunt, vt Pontificem interficerent. Quib. aſſenſum præbuit Martinus, Imperialis Spatarius.

CÆTERA DESIDERANTVR.

QVAE verò in MS. COD. ab alio quopiam de viginti duobus ſequentibus Pontificibus Romanis breuiſſimè ſubiecta erant luce indigna putauimus, tum quod ex libro de Romanis Pontificibus, qui Anaſtaſio Bibliothecario tribuitur, vti ſuperiora omnia, excerpta nõ eſſent, tum quod mutila eſſent & plena lacunis.

FINIS.

COMMISSA ET OMISSA.

Pag. 4. lin 22. lege mulierẽ *pro* muliere. *pag 10. lin. 27.* poſt † ſic lege *vel Eccleſias eorum commotus fuerit, aut cauſam habuerit, prius ad eos* recurrat *&c. pag. 42. lin 9.* Oberint *pro* Oberit. *pag 86. lin. 10.* tranſmutari poſſint vel non poſſint, *&c.*